



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 5. De regulis iudicandi in genere de peccatis, ex parte interioris  
consensus voluntatis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

impeditur (ut contingere potest) in iis qui à somno excitati, adhuc semidormient; atque in iis qui vehementiore aliquo perturbatione corripuntur) et si plenum esse non potest, semiplumen tamen potest est.

37. Adhuc Theologischolastici, communiter cum D. Thomas i. 2 quæst 24. art. 7. & in quæst. 15. de veritate, distinguunt in anima nostra, rationem superiorum, & rationem inferiorum (tanquam duo feliciter tribunalia, in quibus exercentur omnia iudicia de robis à nobis agendis aut vitandis) iudiciam rationis inferioris sentent non plenum: quia ab eius, tanquam inferioris tribunalis, sententia potest ad rationem superiori, ut ad superioris tribunalis prouocari. Quod si non sit, quando debet, & potest fieri, interuenient iudicatur interpretarius consensus, in peccatum, quo i. imputetur non provocanti, tanquam negligenti considerare, quod considerari debuit ad vitandum illud, de cuius malitia aliqua dubitatio mentem pulsabit. Rationem inferioris autem / omisla Theologorum altercatione, de qua Gabr. Vazquez ad i. 2 diffut. 150. accommodat ad nostrum institutum, interpretatur rationem ipsam, quatenus iudicat per considerationes humanas, seu in pectus ac consilii lolis temporalibus principiis de virili aut inutili: iucundis vel molesto, quibus mouemur ob insitam nobis naturalem propensionem ad commoditates temporales huius vita. Superiorum vero, quatenus iudicat per considerationes eternas, id est, considerando, nū id quod agendum proponit, sit aliquid legi eterna consitaneum aut distanciam, iustitiae an illicitum: seu quod id est, in spacio, obiecto, quid lex naturalis seu recta ratio dicit: aut quid lex positiva, sine diuina sine humana tanquam legis eternæ (vnde sequens lib. 13. ex placitibus) interpres. Sic ergo cum quis iudicat non esse vacandum libidini, quia id vires corporis debilitatis, ratio inferioris suo munere virtut: cum autem idem iudicatur, quia diuina legi aduersatur, & facit obnoxium eternis suppliciis, ratio superioris suo munere fungitur. Vt autem ratio, sic & voluntas, prout illius iudicio regitur, in superiori quoque & inferiori dividitur; itaque dicitur superior, quæ iudicium rationis superioris; & inferior, quæ iudicium rationis inferioris in eligendo sequitur.

## Varietas obiecti consensus voluntatis.

38. Notandum est quartò, obiectum consensus, hoc est, id cui consensus adhibetur; vel esse actum, qui pro arbitrio voluntatis exerceri potest, ut possunt functiones, tum membrorum corporis, que sine resistencia, more seruorum obedient voluntati: manum enim, ex epi graia, quando volumus, & in quam partem volumus, ipsa nihil resistente, mouemus: tum passiones appetitus sentientis qui voluntatis obedit more ciuium, hoc est, ita ut plerumque reluetur ei (cōcupiscit enim caro aduersus spiritum, ad Galat. 5.) vel esse cogitationem de eodem actu: vel deum delectationem quæ talis actus, sine exercito, sine mēte conceptio pérpetua, id est, quæ ex eiusmodi actu sequitur, dum is re ipsa exercetur: vel dum mente concipiatur, habeturq; tantum per imaginacionem, & mētem considerationem:

39. Notandum est quinto, memoratum actum posse tribus modis habere se ad voluntatis consensum; nempe antecedenter, comitante, & consequenter. Antecedenter quidē, cum praevenit omnē in aduentientiam rationis & consensus voluntatis: quomodo dicitur motus primus. Comitante vero, cum non exercetur qui dem impulsu consensus voluntatis, exercetur tamē eo tempore quo voluntas illi cōsentire, vel illud repudiare potest: nempe eo tempore quo illum ratio aduerit: quomodo dicitur motus secundus primus. Exemplum est, cum quis debet vacando relictive, ut audiēdo confessiones, patitur turpissimæ cogitationes, quæ nullo modo ei placent. Quod si placent, non iam motus secundus primus diceretur, sed primus secundus. Consequenter denū, cum per consensum voluntatis efficacem (qui dicitur vīsus) facultas in membris residentes, aut appetitus sensitivus, aut etiam intellectus ad functionem exercendam applicantur:

40. De cogitatione autem memorati actus, notandum est, posse esse vel solummodo speculatiuum, id est, sine inclinatione ad agendum: ut accidit cum à nobis ea usurpatur absolute ut est cognitio veri: exempli gratia ad cognoscendam adulterij

propriam essentiam & deformitatem, ac ipsum aggravantes circumstantias, absque illo affectu ad tale opus; sed solum ut illius nuda cognitione habeatur. Vel esse practicam, id est, inclinantem ad agendum: sicut contingit cum suscipitur ex affectu ad opus: ita scilicet ut ille qui cogitat, propositum habeat perpetrari posse: prout contingere potest, cum quis de modo occidendi inimicum cogitat, adductus affectu vindictæ. De delectatione denique notandum est, tunc conferre se de re illicita cogitata, cum oritur ex affectu ad rem ipsam: esse verò de sola cogitatione, non de re, cum oritur ex solo affectu ad cognitionem. Quod horum quando contingat, fere deprehenditur ex occasione quam ipsa delectatio habuit. Nam si quis delectetur eo quod disputatur de fornicatione v.g. quætendo rationem malitiae eius, vnam valde accommodatam inuenit: delectatio erit tantum de cogitatione ac notitia veritatis. Sin autem delectetur occasione accepta ex affectu impudico, vel ex alia quā res turpis, ut turpis est impudicit, delectatio iudicatur esse de re cogitata: cuius malitiam cogitatio ipsa contrahit, ut peccatum sit mortale, quād talis res fuerit peccatum mortale, ut adulterium: veniale verò, si talis res fuerit tantum peccatum veniale, ut mendacium iocosum. Quæ doctrina est D. Thom. i. 2. & in quæst. 15. de veritate illuc quæst. 74. art. 8. & hi. art. 4. eamque Sylvestris in verbo Delectatio, num. 2. post ipsum confirmat. Quia delectatio cum non sit de se mala (alioquin enim nusquam licita est) malitiam aliunde contrahat necesse est, quod facit maximè ab obiecto, ea quod eam versari contingit.

His ita expositis aliquot regulæ iudicandi de peccatis ex parte inferioris consensus voluntatis, tradenda sunt: desumpta ex D. Thoma doctrina in locis citatis, quæ communis est Theologorum in 2. sentent. distin. Et. 24. & Summularium in verbo delectatio, aliorumque passim de eadem delectatione agentium.

## CAP V T V.

De Regulis iudicandi in genere de peccatis ex parte inferioris consensus voluntatis.

## S U M M A R I V M.

42. *Necessarius est interior consensus voluntatis ad rationem peccati.*
43. *Adeamē sufficit non modo formalis, sed etiam virtualis, & interpretatiū consensus.*
44. *Consensus rationem peccati contrahit ex malitia rei cui adhibetur.*
45. *Consensus in cogitationem de re illicita speculatiuum; non est de se malus.*
46. *Quid sit indicandum de consensu in cogitationem practicam, cum est sine aduentia ad malitiam rei cogitata.*
47. *Quid sit de eodem consensu, quando est cum cali aduentia.*
48. *Ei quid de dissensu, ac de coibitione tam consensu quam dissensu.*
49. *Causa excusans à peccato, non reprimendit exortam de re illicita cogitationem practicam, quod eam contemnat, non est satiuita.*
50. *Dua alia causa cumdem excusandi: una, si repressio officerit: altera, si adesse iusta occupatio, nisi ea coniunctum habeat probabile periculum ruendi.*
51. *Quod periculum non declinare, quando sit peccatum mortale.*
52. *Consensu in delectationem præteritam aut futuram de actu, quem conditio reddit licetum, quomodo peccetur mortali alter.*
53. *Quod dicitur de consensu, cum prædicta conditio realis fuerit, dicendum est de præterita aut futura delectatione, cum conditio de delectatione præfensi, imaginaria fuerit.*
54. *Qua sit malitia consensus imperati: ac diversi gradus consensus in idem obiectum.*

42. PRIMA regula est: Sine interioris voluntatis consensu, nihil habere peccati rationem. Hæc confirmatur: tum per illud Matth. 5. De corde (id est de voluntate) exēunt quæ inquinant hominem. Tum per illud, quod Concil. Trident. definit self. 5. Can. 5. Concupiscentiam in baptizatis ad agnem reliquant, non consentientibus, sed viliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus, nocere non valere. Tum ex tripto axiomate, quod ex D. August. refertur i. quæst. 1. in principiis Peccatum

Peccatum adeo est voluntarium; ut si non sit voluntarium, non sit peccatum. Cui consonus est quod habet ex D. Ambroso ead. quest. cap. Non est. Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi propria voluntate deflexerit. Tum denique per communem hominum notionem, existimat peccatum esse actum liberum, à quo cum agens se cohobere per voluntatem a poterit, nec fecerit, ut superatio & pena dignus censetur. Vnde communiter ille qui nullā fūa voluntate occidit hominem, non existimat commissum peccatum homicidij, aut violass: decalogi praeceptum. Non occides.

Ex quibus consequens est motus eos, quos in precedenti capite diximus primò primum vocali, cum praenentiam omnem voluntatis consensum, nullam habere rationem peccati, ne quidem venialis: ut contra Caier. & Altfidorensem tractat Nauarr. ad cap. Super tribus. De penitent. distinc. 1. multè verò minus habere peccati mortalis: quod aduersus sectarios disputare non est præsentis instituti (videti potest Gregor. à Valen. i. 2. disput. 6. quest. 4. punto 2.) cui sufficit proposita regula ab unde confirmata. Neque est, quod præceptum Decalogi de non concupiscendo nobis oblicitatur; quoniam ex vñanimi Catholicon sententia, illud quod in eo prohibetur non est motus concupiscentiæ, sed consensus in illum: ut sensus sit ille, quem aperiè verba Ecclesiastici 18. indicant: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auferre. ] Cuiusmodi estis consensus, de quo Dominus Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. ] Et certè si ille etiā concupiscentiæ motus, qui præuenit omniem voluntatis consensum, prohibetur: peccatumque esse: ille etiam qui in somno contingit (quo nihil est absurdius) peccatum esset; cum eum exculandi non detur alia ratio, quam defecetus liberti consensus.

43. Secunda regula est: Non modo formalem, sed etiā virtualem & interpretatiuum consensum voluntatis, sufficere ad rationem peccati. Probatur, quia sufficiunt ad voluntarii deliberatum: sicut enim consensus formalis & consensus secundo modo virtualis constituant voluntarium directum seu volitum in se: ita etiam consensus primo modo virtualis, & consensus interpretatiuum constituant voluntarium indirectum, seu volitum in alio. Vide tradita in præced. cap. num. 34. Deinde sicut homo peccare censetur, cum advertens in se motum illicitum, ei formaliter consentit: ita etiam censetur, cum non dissentit; id est, ipsum non reprimit, nolendo cum potest & tenetur nolle: ut cum versatur in probabili periculo consentiendo: tunc enim amans periculum perit in illo. Id autem est interpretatiuum consentire.

#### De consensu in rem illicitam.

##### SECTIO I.

44. Tertia regula est: Consensum esse malum, rationemque peccati habere, cum illud cui adhibetur malum est, repugnante legi æternæ. Ratio est quia consensus contrahit malitiam eius rei cui adhibetur, iuxta illud Osee 9. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. ] Vnde conseq̄ens est, quod Sylu. annotat in verbo Delectatio num. 2. consensum vel nō esse peccatum, vel tantummodo esse veniale, cum id, cui adhibetur, vel nullo modo vel tantummodo venialiter illicitum est: esse verò peccatum mortale, cum id, cui consensus adhibetur, est mortaliter illicitum. Quæ doctrina est D. Thomæ 1.2. quest. 74. art. 3. Pro qua facit cap. Hinc etenim §. Ponderofus dis. 49. Intelligentia est autem cum aliquo moderamine: nimis si consensus sit cum pleno rationis iudicio. Si enim tantum sit cum semiplano, quantum necrum id cui consentitur sit mortaliter illicitum, consensus ipse non est peccatum maius, quam veniale. Rationem adserit D. Thom. in seq. art. 10. quia peccatum non est mortale, nisi sit contra legem Dei: consensus autem voluntatis ut sit contra legem Dei, exigit iudicium intellectus practici, quo illi proponatur id cui consentitur, esse contra legem Dei. Nam voluntas in nihil ferri potest, nisi in id quod illi, & sub ea ratione, sub qua illi ad intellectu proponitur.

Sic p. D. Thomas motum subitum infidelitatis, quo res ad fidem pertinens sub aliena ratione subito occurrit, antequam lex Dei consuli possit, ait esse tantummodo peccatum veniale: ut motum quo quis resurrectionē mortuorum su-

bis apprehendit tanquam impossibilem secundum naturam, & apprehendendo antequam tempus habeat deliberandi, seu considerandi tradi nobis credendum propter diuinam authoritatem, omni humana ratione infinitis partibus certiorum: remissior fit in credendo. Idem similiter dicendum est de motu sensualitatis, cui voluntas consentit antequam ratio superior possit de eo plenè iudicare consulta lege Dei. Dixi, antequam possit: quia si non faciat dum potest, defecit plenitudinis iudicij non impedit in voluntatis consensu, peccati mortalis consummationem: ad quam sufficit ut ratio superior iudicet, siue re ipsa, siue euia interpretatiū. Re ipsa quidem, ut cum homo de eo ad quod amplectendum vel re-pudiandum appetitus inordinatus ipsum sollicitat, iudicat inspectis confutisque non tantum rationibus humanis, sed etiam æternis. Interpretatiū vero, ut cum homo iudicat per solas rationes humanas, seu ostendentes vitæ huius temporalis comoda vel incommoda: & potest tenetur ut æternas seu legem voluntatemve Dei æternam ostendere esculere; siisque suum iudicium conformare, quando habet rationis vñsum plenè liberum; & voluntas ad motum ipsius implicitum sit afficitur, ut periculo transgressionis legis Dei exponiatur.

#### De consensu in speculatiuum cogitationem de re illicita.

##### SECTIO II.

45. Quarta regula est: Consensum in speculatiuum cogitationē de re mala, & in delectatione ei annexam, absoluere ut speculativa est (quod idem est ac si dicas consensum in cognitionem veri ab querello affectu ad rem cogitatam vel ad delectationem ex capronecentem) non esse de se malum. Ratio est: quia de se nulla lege prohibetur. Deinde quia obiectum intellectus est verum: quod perinde inuenitur in acto mali ac in bono. Vnde sequitur, nihil alienum à natura intellectus committit, cum is applicatur ad cognoscendum malum, sicut committitur alienum à natura voluntatis, quando ipsa applicatur ad volendum malum: eo quod proprium obiectum ipsius, est bonum quatenus bonum.

Cæterum ille ipse consensus potest esse tum bonus, tum malus: bonus quidem ex bono fine: nempe cum quis talis cogitationem usurpat propter bonum finem, ut ad concionandum, vel ad audiendas confessiones, vel ad disputandum, vel ad docendum in schola. Malus vero, etiam nonnunquam mortaliter, ex malo fine. Nam, ut in verbo, Delectatio annoat Caier, quando talis cogitatio constituit hominem in periculo contentiendi in actum mortaliter malum, vel in delectationem illum sequentem: consensus in eam ipsam cogitationem induit rationem peccati mortalis: absente vero ex periculo, vñdem auctor addit, est peccatum veniale, quando caret pietate & necessitate, seu cum est cogitatio otiosa vel nata ex vanâ curiositate: ut cum sur cogitans nouos furandim modos, & inuenito uno subtili, delecatur ex ea cogitatione. Nā non habens pro obiecto opus illicitum ut illicitum est, sed ut murum est, non peccat mortaliter, sicut peccaret habendo, pro ut illicitum est. Peccat tamen venialiter, quia nec pietas nec necessitas ei suaderet talem mentis occupationem.

#### De consensu in practicam cogitationem de re illicita.

##### SECTIO III.

46. Quinta regula est: Si homo cogitatione aliqua practica occupatum habens animum, delecatur; sed non aduerterit illud de quo delectatur tale esse ut de eo non licet delectari: ipsum omnino voluntate aversatur, talemque delectationem quantu posse repellitur, si quid eiusmodi aduerteret, excusat planè a peccato, quantumcurq; per die integrum cogitat cum delectatione. Ita Caier, in verbo Delectatio, & post ipsum Nauar. in Encir. ca. ii. nu. 9. habet exples. Ratio vero est, quia quandiu intellectus non aduerterit malitiam eius quod voluntate oblicitur, etiam si de eo discutat in ratione utilis aut delectabilis, consensus in illud non est peccatum, propter ignoratam malitiam: nisi qui per negligentiam crasiam, aut prauum peccandi effectum, ad hanc non aduerterit: quo casu ignorantia ipsa non tolleret omnem deliberationem ad peccatum sufficientem: ponet enim quartum deliberationis gradum, de quo in fine præseden- num. 2.

Iam

Iam si quis aduertere coepit quidem, sed praeualente im-  
perio concitatæ passiōnis, non aduertit perfectè, excusat à  
peccato mortali, sed non à veniali. Ratione mredit Caietan.  
quia sicut pura inaduertentia omnino excusat à peccato, sic  
imperfecta aduentia, quia tollit perfectam deliberationem,  
excusat à peccato perfecto, id est à mortali; & relinquit ob-  
noxium veniali, quod (*ut pote imperfectum*) contentum esse po-  
test imperfecta deliberatione.

*ac expressus consensus*, quando homo continuationem cogita-  
tions de actu, quem mortaliter malum esse plenè aduertit  
ideo negligit cohilbere, quod persistere velit in fructuone de-  
lectionis, quam cogitans percipit attamen secus accidit,  
quando aliqua rationabilis de causa, omittetur talem cogitationem  
excitata reprimere, ut idem Nauar. adhuc ibid. annotat.

Qui & ea de causa à peccato saltem mortali excusat: pri-  
mo eum qui talem cogitationem omittit reprimere, quia illam  
despicit, credens se adeo fortē ac firmum esse, ut per  
eam non sit trahendus ad consensum. Nam talis non censem-  
tur interpretari cōsentire: quia, vi Caiet. ait in v. 180 Delectatio,  
apprehendit illam cogitationem delectabilem, non ut ope-  
rationem quam actus continuet, sed quam padatur tanquam  
tentationem, & hostem imbecillum ad se impugnandum.  
Peccat vero venialiter, inquit idem Caiet. quia sine ratione per-  
mititur in se delectationem illicitam: quam ut hostem pericu-  
losum à se propulsare debet quantum potest, iuxta illud P. al.  
17. Persequeat inimicos meos, & comprehendam illos donec  
deficiant.

Ceterum quoniam talis excusatio bonam rationem in  
speculatione habere videatur, in praxi tamen debet esse su-  
specta: quandoquidem causa propter quam talis delectatio-  
nis repressio omittitur, non solerat esse, quod ea nihil fiat,  
quam quod placet. Ade illud quod Sapiens Prover. 4. prae-  
cipit, ut omni custodiā cor nostrum seruemus: in hac delecta-  
tione habere maximè locum: per quam ad illicitum con-  
fessum aditus maximè potest, & ruinæ occasio datur: ut perinde  
sit eam non respuerit, cum plenè aduertitur; ac si quis videns  
alium admouentem ipsi ad peccatum distractum gladium, ne-  
gligat: nec cum possit, praefens mortis periculum à se auer-  
tit: quem quidem nemo non damnauerit tanquam homici-  
dium sui ipsius, si lethale vulnus accipiat. Saluberrimum est i-  
gitur de tal delectatione evitanda consilium, hoc versu artificioso expressum:

Hoc facies: facies Veneris, cum veneris ante:

Non sedeas sed cas, ne pereas per eas.

Excusat secundò Nauartus eum qui interea habens propo-  
sitionem firmam nunquam consentiendi, propriez non resi-  
stit, quod credit futurum ut et magis augera ut talis tentatio,  
quod magis aduersus eam pugnabit: ut ordinariè contingit in  
illecebris carnis, quas ideo fugiendo potius, quam resistendo  
superari notatum est à D. Tho. 2.2. qu. 35. art. 1. ad 4. & ante  
eum à D. Aug. ser. 250. cap. 2. super illud Apostoli in priori ad  
Corinth. c. 6. Fugite fornicationem.

Excusat tertio eum, qui omittit reprimere, ne occupatio-  
nem suam honestam, necessariam, vel utilem detelinquet:  
qualis est studendi, vel legendi ea quorum considerant ad  
huiusmodi delectationes prouocat; nec flaria ad prælegen-  
dum in schola, vel ad concionandum: qualis item est audiendi  
confessiones de rebus impudicis. Huius excusationis ac  
præcedentis ratio est, quod si occupatus, ne interpretari  
quidem, consentiat in delectationem; cum non tenetur  
cam vitare nascientem ex huiusmodi causis, nisi aduersit aliquod  
periculum consentiendi in ipsam: ad quod declinandum  
teneretur abstinere, (videlicet Nauarr. annotat in Enchir. sa.  
16. n. 7.) à dictis occupationibus, quantumcumque de se bo-  
nisi: quia nulla de causa licet peccare. Non tamen (*ut ostendit*  
*Caiet. in tom. I. opuscul. tract. 22.* ad declinandum pollutionem in-  
voluntariam, qua siue in somno, siue in vigilia contingat, nō  
est peccatum: quia omne peccatum est voluntarium: tuncq;  
ead, prout mala, ut supponimus, nec est volita directe, seu in  
se: nec item indirecte, seu in sua causa: quam in tali causa haber  
bonam.

Ceterum, ex eod Nauarr. in præced. cap. 11. num. 9. vt peccatum  
sit mortale non reprimere exortam delectationem, ad declinandum  
consentiendi periculum: oportet eum in quo exor-  
titur, talem esse, ut habita ratione sua imbecillitas; ac præ-  
terit consuetudinis, teneatur merito credere, nisi illam re-  
primat; se consensurum verè & realiter in opus ipsum ma-  
lum, ex quo eadem delectatio nascitur; aut saltem in eam  
ipsam delectationem. Ade quod admonet Calet. verbo Dele-  
ctatio sub finem: eos qui sic abimo affecti sunt, ut malint mori;  
quam peccare mortaliter, nunquam aut rarissimè incurrire  
in mortalem culpam per negligentiam reprimendi cogitati-

47. Quod si quis plenè aduertit, distinguendum est: vel enim  
in talem delectationem consuit exp̄r̄sē, vel dissentit exp̄r̄sē, vel consensum simul & dissensum cohibet. Atque si con-  
sunt exp̄r̄sē in materia mortali, peccat mortaliter, sicut  
communiōre sententiam esse habet D. Thom. i. 2. qu. 74.  
art. 8. & iam communiter receptam esse trahit Nauar. loco  
citato. Confirmatur autem ex verbis Domini Matth. 5. Qui  
viderit mulierem ad concupiscentium eam, iam incepsit  
est eam in corde suo. Itemq; ratione; quia in homine voluntas  
est domina affectuum & cogitationum interiorum ani-  
mæ, sicut est actionum exteriorum corporis. Ergo sicut exhibe-  
re membra sua seruire immunditias ad iniquitatem, pecca-  
tum est mortale, ad Rom. 6. ita & exhibere appetitum &  
intellectum: quandoquidem tales horum motus in rem illie-  
tam, non minus sunt actus hominis ab ipsius libera voluntate  
profecti, & quibus ex deliberatione suas facultates illicite  
applicat; quam exteriores motus membrorum corporis. In-  
telligenđum autem istud est iuxta D. August. libr. 12. de Tri-  
nitate cap. 12. siue confessus sit cum intentione perpetranti  
actum cogitatum, qui dicitur propositum peccandi siue sit  
abque tali intentione, & cum sola voluntate delectandi se  
cogitando rem illicitam. Cuiusmodi delectatio dici solet  
morosa; non quidem ex mora temporis physici, ut *notatum*  
est à D. Thom. in cit. queſt. 74. art. 6. in fine) seu, quod idem est, nō  
exo, quod longo tempore continuetur, sed ex mora quam  
voluntas circa ipsam facit, dum pleno rationis iudicio sibi  
propositam tanquam mortaliter malam, non modò non re-  
pudiat, sed acceptat: quod brevissimo tempore facere potest.  
Aduerte autem obiter, istud propositum peccandi, & delecta-  
tionis morose peccatum committi, non tantū in carnibus,  
sed etiam simili modo in reliquis materiis mortaliter illici-  
tis, iuxta ynanimenta Doctorum consensum, teste Nauarro in  
it. n. 9.

48. Si dissentit exp̄r̄sē, vt facit ille qui excitatam turpem  
cogitationem & delectationem reprimit quantum potest: si-  
ta ut non nisi inuitus illam patiatur, vt D. Paulus contigit esse inelli-  
gitur ex cap. 7 epist. ad Rom. sub finem, certum est non peccare: sed  
ex virtute agere: quandoquidem recta ratio dictat eam  
non vituperio & pœna, sed potius laude & præmio dignum  
esse.

De coibitione iam consensus, quam dissentis in cogitationem aut  
delectationem de re illicita.

#### SECTIO IV.

**Q**uod si tam consensus quam dissensum cohibeat, ipsa  
cogitatio delectatioq; illicita perseverans, potest quidem  
rationem peccati venialis habere, virtute consensus se-  
mpli, quem interpretative saltem, adhibere censem, dum  
non satis sollicitè curat aduertere quid agat, non accipit ta-  
men rationem peccati mortalitatis: donec voluntas teneat  
actu dissentiendo impedire quantum potest continuatio-  
nem excitata cogitationis & delectationis. Cui tunc non  
dissentens, censem interpretative consentire: sicut ille,  
inquit Caiet. in verbo Delectatio, qui à somno excitatus potest  
& debet manu prohibere a prosecutione perpetrationis  
actus mali, in ipso somno inchoat, & non prohibe, censem  
voluntariè profequi, etiam si nullam actu eliciat volitio-  
nem talis prosecutionis. Quod quando contingat D. Thom.  
in queſt. 15. de veritate art. 4. ad 10. declarat, dicendo hominem  
antequam ratio perpendat delectationem, vel eius noucū-  
tum, non habere interpretatum consensus, etiam si non  
resistat; habere autem, postquam ratio iam perpendit de-  
lectationem insurgentem, ac nocumentum eam consequens;  
hoc est, cum homo percipit se per huiusmodi delectationem  
inclinari penitus ac præcipitem ruere in consensum; nisi ex-  
presse resistat. Qui consensus est iuxta communem senten-  
tiā teste Nauarr. loco citato peccatum est mortale, perinde

Valerij Tom. I. Pars III.

T

ones

ones descriptibiles: quia ipsorum negligentia non est ex affectu ad delectationem quam cognoscunt illicitam: sed passione, quae eos perinde in tali cogitatione detineret, si delectationem ea non haberet coniunctam. Excipe tamen quod idem auctor ibidem praemisit: nisi negligenter et exorbitans sit, quod quasi ideo neglexerit, ut delectetur: tunc enim dici potest interpretatio consensu peccare mortaliter: sicut, inquit ille, quantumvis qui detrahit sine intentione detrahendi non peccat mortaliter: tamen quando tanta est laetitia famam ex defractione, ut quasi intenderet detrahere, dum non curauit a tali laetitione sibi cauere, peccare potest mortaliter.

Porro cum quis post illicas cogitationes, de his delectatus est, neque certe scit eis consenserit vel sufficienter refixerit, expedit, ut monet Nauar. in cit. c. 11. n. 12. ut seipsum de illis in confessione accuset dicendo, ut dubitare an quantum debuit illis resistere contendenter.

De consensu in præteritam vel futuram delectationem de actu, quem aliqua conditio reddit licitum.

### S E C T I O V.

**S**exta regula est. Consensum in præteritam vel futuram delectationem actus liciti, qualis est copula coniugalis, ex se non esse peccatum. Ratio est, quia cum aliquid nulla lege prohibitum est; sicut non peccat qui illud facit (nec peccat qui legem non transgreditur cap. Qui peccat 3; quest. 4.) ita nec peccat qui illud à se factum vel factum inesse gaudet, & delectatur: ut Iudeus, sicut licet sumi supplicium de facinoroso; ita etiam licet se sumptuum, aut se sumissime delectari potest. Particula autem, Ex se, propterea posita est in hac regula, quod ex diuinitate ei aliquo probabili periculo, consensus possit esse peccatum mortale: quia is qui exponit se probabili periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter, iuxta illud Eccl. 10. Qui a matre periculum peribit in illo. Si ergo vidua qua delectationem, quam habuit de licita coniugali copula, in memoriam reuocans gaudet, & delectetur etiam illam habuisse: aut si sponsus absens cogitando de futura suo tempore copula licita cum sponsa, gaudet se illam habiturum, non peccat mortaliter (etsi non excusetur à veniali, vacans rei qua tum necessitate, tum etiam pietate careret) nisi praesente aliquam ex tali memoria excitata carnalem delectationem admittat, deliberate de ea gaudens: vel eam adesse aduentendo, exponens se periculo consentiendo in eamdem, vel incurriende pollutionis non resistat talem repellendo quantum potest: tunc enim peccat mortaliter contra preceptum. Non mœchaberis: quo ex communi Sanctorum consensu restat Nauar. ad cap. Si cuius De penitent. distinc. 1. num. 3. non solum prohibetur actus exterior venialis, quem circumstantia coniugij non fecerit licitum: sed etiam voluntaria fruendi voluptate venerea, alia ratione quā licito vñ matrimonij.

Aduerte autem difficultatem esse, An sit consensus licitus matrimonij vñs, quo coniux absens delectatur carnaliter recordatione copulae licita habenda cum uxore, etsi enim constet peccatum esse veniale propter rationem ante allatum: dubitatio tamen est, an sit mortale. Cuius partem affirmantem Syluest. & Nauar. tenent, ille in verbo, Delectatio; num. 4. & hic in Enchir. cap. 16. numero. 10. Negantem vero plures alii, quos referri Gabriel Vasquez ad 1. 2. D. Thom. disput. 113. cap. 2. eorum sententiam amplectentes: quia permanent matrimonium actu existens, non minus censeri potest a mortali excusari delectatio eiusmodi, quam ea, qua coniuges delectantur mutuo aspectu, aut osculis & tactibus, quae a nemine damnatur peccati mortalitatem: cum dicat D. Chrysostom. 17. in D. Mat. Si vis videre & ex visu capere voluptatem, aspice propriam coniugem, & illius vñque amore perfueri: hoc enim nulla lex prohibet omnino. Sententia vero contraria procedit, cum talis delectatio fuerit coniuncta pollutione, seu effusione leminis extra vas, aut periculo eiusdem effusione; nam eo modo peccatum est contra naturam: quod quidem tantum alienum omnino à fine coniugij, nequit per ipsum excusari. Sed aduerte propositam exculcationem à mortali, non habere similiter locum in vidua, & in sposo de futuro, quia

neutrui matrimonium est actu: sed illud fuit tantum: & hoc nondum est: vnde sit ut non operetur, nec valeat ad istiusmodi exculcationem.

Septima regula, praecedentis appendix, est; ipsam præcedentem regulam habere locum, siue delectatio sit de absolute actu licito, siue de conditionato. Itaque cogitans de delectatione, quam haberet ex copula licita, si legitimo matrimonio alicuius iungeretur, non peccat quidem mortaliter si gaudeat quod est etiam habitus, quia tale gaudium est tantum de futuro idque sub conditione liciti, seu quo futura actio & delectatio approbar sub conditione sub qua potest esse licita: peccat tamen mortaliter, consentiendo in praesente delectationem carnalem, si qua ex tali cogitatione in appetitu sentiente excitatur, vel dissentiendo, cum sufficiente aduerterit inde adesse periculum pollutionis, aut dicti consensus. Ratio est quia delectatio illa praesens, non admittit prædicam conditionem, qua est de futuro; id est que illata est, perinde ac si nulla talis conditio interuenisset.

Quam doctrinam à Cafer. traditam in verbo, Delectatio: & in tomo primo opusculi tract. 14. dubio i. approbat Nauar. ad citatum cap. Si cuius, num. 1. Quinimum neque si conditio est de praesenti, impeditur peccatum mortale. Nam si quis, exempli gratia, cogitatione apprehendat somnium aliquam esse suam uxorem & delectetur in cogitato actu vene- reo cum illa, ac si esset sua vxor, peccat mortaliter. Ratio est, quoniam talis conditio non subest actu, sed solum fingitur per cogitationem: vnde sit ut delectatio sit de re licita solum per imaginariam fictionem: illata autem, tam secundum veritatem, quam secundum scientiam eius qui delectatur, utpote noscentis rem esse allatum selpsa, quam imaginatur.

Nec est quod obiciatur cogitatum bonorum alienorum largitionem etiam si illata sit; non esse tamen peccatum de ea gaudere sub conditione, quod fiat concedente vero domino, per quam redditur licita. Nam dispar extratio, consistens in eo, quod largitio non sit absoluta & secundum se peccati materia, sed posita conditione, quod fiat ex bonis alienis: ideoque delectatio qua capit sub conditione excludente illud, per quod largitio ipsa est materia peccati, non censetur illata: sicut nec censetur cum accipitur de re qua tantum mala est, quia prohibita: vt de esu carnium in die Venetiis: aut quavis alia materia præcepit tantum positi, si excludatur conditio, quod sit prohibita. Voluptas autem venerea de se sit materia peccati: nisi actu sub sit conditio coniugij, per quam solam reditur licita.

Hinc Medina ad 1. 2. D. Thom. quest. 74. art. 6. sub finem, negat exculcari peccato eum qui consenserit in delectationem quam percepit in pollutione involuntaria: quia quamvis haec ex defectu consensus non fuerit peccatum; tam ipse manus quam voluptas ex ea sequens est de illata: ita ut liberatur ei consentire, peccatum sit mortale, iuxta illud quod paulo ante ex Nauar. allatum est: communem Sanctorum sententiam esse, præcepto, Non mœchaberis, prohibet omnem voluptatem venereum extra actu coniugij. Ceterum quamvis peccatum sit gaudere de actu illicito: non est tamen gaudere de esse ei inde secuto si bonus sit; ut de filio suscepito ex adulterio, licet gaudere; etiam si non liceat de adulterio. Item de leuatione à morbo vel liberatio à tentatione carnis secura ex pollutione, etiam si non liceat de pollutione tanquam prohibita quia mala, seu tanquam imbibita in ea substantia habens malitiam naturali suri repugnat: ita ut illam velle, sit & eiusdem iuris velle euerionem, quod patet nullatenus licere.

Vbi aduerte ea qua sunt illius generis, sicut non possunt cum præcisione malicie insitæ cogitari vel esse, ita nec possunt placere, quia verè placet illatum. In quo differunt ab aliis quae tantum mala sunt quia prohibita. vt si esu carnium in Quadragesima: quae cum habeant malitiam tantum extremitatem aqua possunt re separari, sit ut si præcisâ hac, illa cogarentur, cogitatio sit de re ut non mala, quae proinde licet placere.

possit complacenta conditionata, quam vocant velleitatem.

De consensu imperato.

## SECTIO VLTIMA.

**P**ostrema regula est, Actum quis sequitur voluntatis interiorum consensum, seu qui imperatur à voluntate, eadem habere peccati rationem cum ipso consensu: ita ut differat quidem ab hoc, in genere naturae: non tam in genere moris. Hęc habetur ex D. Thom. 2.2. q.20 art.3. Et patet: quia non habet aliam liberi rationem, ex qua moraliter iudicetur vituperio vel pœna dignus, quam illam consensus, cuius impulsu exercetur. Neque enim quod sit natura impetu circa omnem voluntatis consensum, iudicatur mortaliter laude vel vituperio, præmo vel supplicio dignum. Vnde peti potest causa eius quod admonet Nauar. in Enchir. prelud. 7. num. 23. in confessione satis esse exprimere peccatum externum; quia nimis tam eiusdem est malitia cum interno: nec potest fine eo esse: ideoque ipso externo expresso, internum sufficiens, ter indicatum esse intelligitur. Non vero contra: quia dari potest interior consensus, qui non exierit in actum externum: adeo ut actus exterior non censeatur sufficienter expressus, solo interiori expresso.

Atque ex dictis tandem intelligere licet, quod consensus in unum idemque obiectum mortaliter illicitum varijs sint gradus, secundum quos crescente divina legis contemptu, crescat peccati malitia. Primus est, semipleni consensus: qui peccatum est tantummodo veniale. Secundus pleni interpretatur, qui est peccatum mortale. Tertius pleni expressi, sed absque proposito perpetrandi actum eum illicitum, cui consentitur. Quartus pleni & expressi cum eodem proposito. Quintus eiusdem, cum perpetratione operis: in quibus ratio peccati mortalis ita crescit, ut consensus in hoc quinto gradu sit peccatum grauius, quam in quarto, & in hoc, quam in tertio & deum in hoc quam in secundo: sicut etiam grauius peccatum est coniunctum cum continuatione & frequentatione actus illiciti, quam si in quinto gradu: & grauissimum omnium sit, coniunctum cum pleno contemptu & impenitentia: iuxta illud Proverbio. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. In quod miseria barathrum, quod tam multis hodie ruisse videamus, causa meriti censeri potest, quod plerique in iudicio de rebus a-gendis, rationes temporales & humanas, aeternis ac diuinis anteponant. Euanescentes enim in cogitationibus suis, nec probantes Deum habere in notitia, id est, Deum nolentes agnoscere, tradidit illos Deus in reprobam sensum ut faciant quae non conuenient, repleti omni iniquitate, &c. ad Rom. I.

## CAPUT VI.

De ratione iudicandi de peccatis ex parte dominij voluntatis in ceteras facultates hominis.

## SUMMARIUM.

55. Facultates in homine subiectae voluntatis dominio.

56. De ratione, qua in agendo subiectur intellectus voluntatis.

Et de ratione qua voluntas censetur subire in agendo subiecta.

57. De ratione qua ceterae facultates eidem subiecta sunt.

58. Qui actus sortiri possit rationem consensus imperati in iudicio de peccatis.

59. Violentia duplex: quodam conditionalis, quodam absoluta.

60. Absoluta non potest inferri voluntati quod actus suos internos potest autem quo ad exteriores.

61. Ea excusat a peccato &amp; à pœna peccato debita.

62. Ad eam requiritur refutatio, sum ex parte voluntatis, sum ex parte facultatum exteriorum.

63. De eanom est iudicandum ex inclinatione appetitus naturalis, aut sensitus.

**D**E hoc dominio ad iudicandum de peccatis duo cognoscenda sunt. Alterum quenam in homine facultates sunt subiectae voluntatis dominio, per quas tanquam dominus per subditos, exerceat eos actus liberos, qui imperati & consensus communiter appellantur. Alterum est violentia qua eidem dominio aduersatur. Quod attinet ad prius: eius-

modi facultates in homine sunt, tum cognoscitura, nempe intellectus & sensus: tum ex quae cognitionem in executione sui munera sequuntur: vt voluntas & appetitus sentiens & facultas exteriorum membrorum corporis Inferioris autem facultates, vt vegetativa & cetera quae in suo munere non sequuntur cognitionem, tali dominio non subiicitur: licet applicatio rerum ex quibus sequi possunt, vel impendi (ut sumptus cibi vel potus ad nutritionem necessaria) in voluntatis arbitrio sita sit.

Actus intellectu obseruandum est: in actu ipsius considerari posse: tum existentiam, quae consistit in exercitu: tum essentiam, quae consistit in apprehensione veritatis vel falsitatis: & in iudicio, hoc est, in assentiu vel dissenso. Atque quoad exercitium sui actus, intellectum voluntati subiici, experientia docet (siquidem intelligimus, vel ab intelligendo absinimus, quando volumus) etiam si habeat suos quosdam motus primi & primi & naturales, antevertentes liberum voluntatis consensum: & motio phantasie interdum sit adeo vehemens, ut intellectum ipsum secum rapiat, impediatque ne voluntas possit pro a bitio illum monere.

Quoad apprehensionem autem veritatis vel falsitatis non subiecti intellectum voluntatis, experientia quoque docet. Nec enim quoties volumus, veritatem aut falsitatem apprehendimus. Et ratio est, quia talis apprehensio pendet ex naturali vel supernaturali lumine, quod non habetur pro voluntatis arbitrio.

Quoad assensum vero & dissensum: in propositionibus quidem nobis euidenter notis; nec intellectum voluntatis arbitrio subiecti, ex eo patet, quod non sit in nostra potestate discernere principiis vel conclusionibus euidenter veris, vel assentiri euidenter falsis: cum ratio assentiendi, sit veritas, & dissentiri falsitas. In propositionibus autem quae nec veritatem nec falsitatem habent euidentem: seu de qua intellectus non conuinictr ratione efficaci; intellectu ipsum subiecti voluntatis arbitrio, patet ex Catholicis assentientibus articulis fidei, & hereticis dissentientibus ab iisdem. Attamen quia ratio assentiendi, est veritas; & dissentendi, falsitas, ut voluntas moueat intellectum ad assensum unius partis potius quam alterius contrariae, necessaria sunt quaedam motus seu rationes probabiles, aliquatenus ostendentes veritatem illius, vel falsitatem.

De voluntate aduertendum est, eam hoc nomine censeri sibi ipsi subiecti, & actus imperatos elicere; quod possit per unum interiorem consensum, applicare seipsum ad aliam elicendam: ut per eum qui est charitatis actus, ad eum elicendum qui est actus misericordiae. Verum tamen id non nisi propriè dicitur: ut nec propriè talis actus ipsius, ponitur in numero ab ipsa imperatorum; sed potius in numero elicitorum.

De ceteris facultatibus obseruandum est: cum sint organicae ex parte quidem sua, voluntatis dominio subiecti prout experientia docet. Experimur enim quod voluntas possit applicare imaginationem ad apprehendendam rem tristem, & consequenter excitare in appetitu sentiente tristitiam & dolorem: facultatibus exteriorum membrorum mouere ad executionem pliorum operum, per quae aeterni supplicij evadantur pœna peccatis debita. Ex parte tamen certa qualitatis & dispositionis Organorum, quorum sunt facultates, non semper subiecti dominio voluntatis, patet quoque experientia: Nam experimur aliquando ob aliquam corporis dispositionem, in appetitu sensitivo exortiri tam vehementer passionem, ut voluntas, et si possit non consentire, vix tamen possit ea cohibere, vel omnino non possit: iuxta illud A. postoli ad R. 7. Non quod volo bonū hoc ago: sed quod odi malū hoc facio. ] Similiter experimur aliquid imaginationem, nobis inuitis res quaedam illicitas representare, & cogitationes excitare quas repellere vix possumus. Vbi tamen caudentur et negligencia; quia licet primo auditu difficile & interdum impossibile sit voluntati, tales muscas conscientiae infectius abigere: eas tamen tandem subigere Deo iuvante, & domina euadere potest. Ad eum facultates exteriorum membrorum possunt aliqua horum infirmitate impediri, ne ad nutum, & interdum nullatenus voluntati obediant.

Discrimen autem illud ex Aristot. i. Polit. cap. 3. quod voluntas hominis, talibus facultatibus dominetur principatu heri-